



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

**Tit. VII. Quibus Ecclesiastici ordines rectè conferantur.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

positionem manus ab Episcopo acceperint, can. 1.  
dist. 6. 9. cap. Cum contingat, Ext. De estate & qual. or-  
din. cap. 3. De privil lib. 6. cap. 1. Ext. De ord. ab Episc.  
adde Concil. Trident. Ieff. 23. cap. 10. de reform.

## NOTATIO in Tit. 6.

a Sed an reliquos ordines minores conferre possit Ab-  
bas, vide Sylveti in verb. Ord. 3.

## QUIBUS ECCLESIASTICI ORDINES RECTE CONFERVNTVR.

## TITULUS VII.

**T**ales, inquit Clemens Pontifex, ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Domini-  
nica Sacra menta tractare, text. est in can. 4.  
dist. 2. Itaque idonei tantum ad Ecclesiasticos  
Ordines assumendi sunt, quales censemur om-  
nes, quibus susceptione Ordinum non est inter-  
dictum, cap. fin. Ext. De presump. Quocirca de iis  
videamus, qui à susceptione Ordinum à sacris  
Canonibus submoventur. Nam si hos cognovis-  
mus, consequenter & eos intelligemus, quia di-  
mittendi sunt.

## §. 1. Interdicitur Ordinibus non baptizatis.

In primis igitur ab Ecclesiasticorum Ordinum  
receptione removentur non baptizati; adeò ut se  
Ordines, si quos forte ante à receptorum, post sus-  
ceptum baptismum repeterere cogantur, cap. 1. c. 3.  
Ext. De presbyt. non baptiz. Est enim Baptismus a-  
liorum Sacramentorum fundamentum & janua,  
cap. 2. De cognat spirit in 6. & can. Cum itaque illa. in  
fine de consecr. dist. 4. d. c. 3. Glos. Innoc. & Panorm.  
ad. c. 1.

## §. 2. Item mulieribus.

Secundò mulieres, propter sextum mulie-  
brem, can. Mulieres dist. 32. his quidem adeò Ec-  
clesiasticis ministerii interdictum est, ut ne ad  
altare quidem accedere, aut presbytero mini-  
strare, aut intra cancellios consistere sive conside-  
re, aut sacra vasa vel sacratas pallas contingere  
illis licet, etiam si Sanctimoniales sint, cap. 1. in  
fine Ext. De cohabit. Cler. & mulier can. Sacrae dist.  
23. c. In sancta 41. c. Vestimenta, de consecr. dist. 1.

## §. 3. Item servis vel alteri conditioni obnoxii.

Tertio removentur servi, can. 1. & 2. dist. 54.  
cap. 1. c. 2. Ext. De servis non ordin. originarii, can. Quis  
autem, can. Generalis, can. admittuntur, dist. 54. curia-  
les, & aut simili conditioni obnoxii, can. Pracipi-  
tum dist. 34. can. Si quis obligatus & d. can. Admissio-

tur, dist. 54. item libertate donati, sed retento ob-  
sequio temporali, can. Quicumque dist. 54. junct. cap.  
Nullus & ibi Glos. Ext. De servis non ordin. Debet e-  
nigm, ait Leo Pontifex, esse immunis ab aliis, qui di-  
vinæ militiae est aggregandus, ut à castris Do-  
minicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis  
necessitatibus vinculis abstrahatur, text. est in can. 1.  
distinct. 54.

## §. 4. De Tutoribus, Curatoribus, &amp; similibus.

Quibus similes sunt tutores, curatores, & to-  
res, executores, procuratores, ante depositum  
officium & rationes ab eis redditas, c. unico Ext. De  
oblig. ad ratiocinia can. Magni dist. 5. 4. can. Legem di-  
stinct. 53.

## §. 5. De servis ordinatis, scientibus dominis suis.

Ab illis tamen excipiuntur servi, qui dominis  
suis scientibus nec contradicentibus, & multò  
magis ipsi assidentibus, in Clericorum nume-  
rum assumuntur; cum eo ipso non tantum liberi,  
sed & ingenui siant, extincto jure patronatus, §.  
S. Ierius Novellus de sanctis Episc. can. Si servus sciente, &  
Administrantur dist. 54.

## §. 6. De criminosis non ordinandis.

Quartò, à susceptione Ordinum arcentur,  
adulteri, perjuri, homicidæ, fallaciæ, ultrariorum fu-  
res, aliove gravi criminis irretiti, cap. fin. Ext. De  
temporib. ord. can. Si Episcopus dist. 50. can. 1. & passim  
dist. 81. can. 2. dist. 33. can. 1. cum seq. dist. 47. & can. 1.  
dist. 48. can. Si quis omnem. I. quest. 7. item scurræ,  
mimi, scenici, ludici, leditiosi, injuriarum ulto-  
res, & adulatores, proditores, aleæ atq; ebrietatem  
dediti, can. 3. cum seq. dist. 46. can. 2. dist. 33. can. 1. cap.  
fin. dist. 35. & his similes, can. Infames vi. quest. 1. &  
I. quest. 7. per secum; dummodò hi omnes notoriæ  
sunt. g.

Rhhh 2

Nam

Nam ob delictum occultum nemo jure submovetur ab Ordinibus Ecclesiasticis, c. 4. & cap. fin. Ext. De temp. ordin. Vide Latini Panorm. ad d. cap. fin. cum latentia delicta publicè vindicanda non sunt, can. fin. xxxii. quæst. 15. excepis homicidis & simoniacis, qui & occulti submoventur, etiam post peractam ab iis penitentiam, d. cap. fin. De tempor. ordin. cap. Inquisitionis 21. circ. princ. Ext. De accus. cap. Nisi 10. §. propter conscientiam Ext. De renunt. Vide Hostius in Summa de temporibus ordin. num. 8 verf. Excipiuntur homicidium, &c.

## §. 7. Explicatio de homicidio.

Homicidas autem eos intelligimus, qui consulto sive datâ operâ homicidium perpetraverunt, vel sicut culpâ eorum homicidium admissum est. Ceterum si furiosus, si osans, si dormiens se fortuito quis, dum licita operam daret, aut dum defendendi sui causâ injuriam propulsaret, homicidium admiserit, non id est ab Ordinibus rejicitur, cap. unico De homicidio in Clem. cap. Lator 9. cap. Dilatius 11. cum seqq. Ext. De homicid. tametsi his duobus posterioribus casibus cognitio & dispensatio quodammodo requiratur, ex decreto Concilii Tridentini, sess. 2 & cap. 7. de reform. ubi latius, & Navari in Manuali c. 27. num. 239.

## §. 8. In homicida voluntario nihil interest, ipse occidat, aut causam praefat homicidio.

Neque interest in homicida voluntario, ipse manu suâ occiderit, an mandato, sive consilio, can. Si quis viduam dist. 50. & ibi Glos & fin. De homicidio lib. 6. sive operâ suâ causam homicidii præsterit, cap. Suscipimus 10. cum cap. seq. Ext. De homicid. cap. fin. eod. ita in 6. Cum & hoc ratione miles, Iudex, assessor in causa homicidii etiam justas hanc irregularitatis notam incurant, d. can. Si quis viduam & ibi Glos. can. 1. 2. & 4. dist. 50. can. Huius quibus xxii. quæst. 8 rap. 5. Ext. Ne clerici vel Monachii. Rationem reddit Navarr. in Manuali cap. 17. num. 206.

## §. 9. De illegitimis non ordinandis, &amp; decorum dispensatione.

Quintò, Ordines Ecclesiastici interdicuntur filii presbyterorum, aliisque ex quo vis illio conenbitu natus; nisi Religionem ingreditantur, & à praetatura absolvantur, cap. 1. Ext. De filii presbyt. Quibus tamen gratiam facere poterit Episcopus quoad minores Ordines & simplex beneficiari. Ad maiores enim Ordines, vel ad curata be-

nificia, solus dispensat Summus Pontifex, cap. 1. Desiliis presbyt. in 6.

## §. 10. De bigamia non ordinandis.

Sexto, & bigamia interdicitur. Sunt autem bigami, qui duas uxores legitimas habuerunt, vel unam tantum, sed viduam, sive ante convitam, can. Maritum dist. 33. can. Ceterum cum can. seqq. dist. 34. can. 8. can. 56. dist. 50. & toto it. Ext. De bigamia non ord. vide can. 18. dist. 34. vel etiam uxorem uxam à se virginem ducam, sed constante matrimonio ab alio, & deinde a se cogitam can. Si eni⁹ cum can. seq. dist. 34. Hi enim omnes bigamorum numero oculi entat, & ordinari prohibetur propter defecatum Sacramenti, cap. Debitum §. Ext. De bigamia.

## §. 11. De Subdilectione, qui alteram uxorem duxit, vel viduam de facto.

In eundem numerum rejicitur & is, qui cum laicus priorem uxorem virginem duxisset, & in sacris alteram. Quamvis enim hic propriè bigamus non sit, quod in sacro ordine matrimonium perperam contrahatur, cap. 1. & 2. Ext. Qui Clavis vel uxentes, cap. unico De confus. & affin. in Clement. tamen eadem bigamia nota affectur, non propter Sacramenti defecatum, sed, ut ait Iacobus III. propter affectum intentionis cum opere subsecuto, in cap. 4. & cap. fin. Ext. De bigam.

## §. 12. De concubinario.

Licet diversum obtinet in eo, qui pluribus concubinis usus est, cap. pen. Ext. iam d. tit. ubi differari cum eo potest, tamquam cum simplici fornicatio, quive virginem quidem ab alio ducam, sed secundum cogitam, uxorem duxit, cap. Debitum Ext. d. tit. addo Glos ibid. & qua trahunt Theolog. in 4. fest. dist. 2. 6. & seq.

## §. 13. De Eunachio.

Septimo, ab Ordinibus Ecclesiasticis submoventur Eunuchi, ii scilicet, qui sponte sibi virtus praeciderunt etiam secundæ libidinis causa, can. 4. & cap. 5. dist. 55. cap. 4. & 5. Ext. De corpore via. Cum hi, inquit canon. Apostolensis, sui homicide sunt, & Dei conditionis inimici, d. can. 4. dist. 55. Nam & in eodem jure civili animadverterunt, l. 4. §. fin. D. ad L. Corin. de scac.

§. 14. De

TIT. VIII. QUIB. ECCLESIASTICI ORD. RECTE CONFER.

629

§. 14. De his, qui digitum sibi præciderunt.

Quin & illi, qui partem digiti volentes sibi præciderunt, eadem hat interdictione continetur, can. Qui partem dist. 55.

§. 15. Qui alieno sacro hoc passi sunt.

Qui verò à Medicis, vel à barbaris sive à dominis exsectionem hanc passi sunt, can. Si quis à medico cum 3, seqq. dist. 55, aut qui fortiorò vela- lieno facto digitum amiserunt, hac interdictione liberantur, d. can. Qui parvum, iuncto cap. 1, Ext. De corpore viuit. Sicut enim in illis perversa voluntas justè vindicatur & ita in his casus vel alienum factum merito veniam tribuit, d. can. Qui partem & can. Lator dist. 51.

§. 16. De corporis deformitate.

Porrò, in quo corporis deformitas rara est, ut in scandalum publicam rapi possit, distinguendam non videtur, sponte an alieno sacro sive fortiorò ea deformitas obtrigerit, sicut à Gelasio responsum est in eo, cui per vim oculus ab alio excusus fuit, ne ad sacerdotii gradum eveneretur, can. fin. dist. 55, add. & cap. 2, & ibid. Panorm. Ext. De corp. viuit.

§. 17. De claudis.

Sancè claudis minimè Ordinibus interdictum est, can. 10, dist. 55, ut ramen ordinari ad solemnia Missarum celebranda baculo non incedant, can. Nullus Episcopus 57, de consecr. dist. 1.

§. 18. De publicis penitentibus, Apostatis, omnibus furiosis, aliisque.

Ostavò, ab Ordinibus arcentur, qui publi- can & solemnem penitentiam egerant, can. Ex penitentibus, can. Undiqueque, can. Placuit iuncto can. In capite dist. 50, item apostata, can. fin. dist. 50, & quialiquando in furorem acti, vel à diabolo exagitati fuerunt, can. Maritum can. 11, seqq. dist. 53, item rebaptizati, baptizati apud hæreticos, can. Qui in qualibet 7, can. Ventum xviii. in fine. q. 1, can. Quiria 11. de consecrat. dist. 4, & utrobi- que Glos. neophyti & epileptici, de quibus vide can. Communiter dist. 53, can. fin. dist. 51, can. Placuit can. seqq. l. q. 4, Dummò baptismi illi apud hæreticos ad adultus fuerint, non infantes & nam his pa- rentum error nihil officie.

§. 19. De baptizatu in ægritudine.

De baptizatu in ægritudine hic canon extat Concilii Neocastrensis; si quis in ægritudine

constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet: non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est; nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit, text. est in can. 1, dist. 57.

§. 20. De Clerico non ordinario ministrante.

Et Hormisda Pontifex; Si quis, ait, baptiza- verit, aut aliquod divinum officium exerce- rit non ordinatus, propter temeritatem abuicia- tur de Ecclesia, & numquam ordinetur, text. est in cap. 1, Ext. De cl. non ord. ministr. iuncto cap. 2, ibid.

§. 21. De uxorato & illiteratis.

Postremò, rejiciuntur à receptione Ordinum Ecclesiasticorum uxorati & præterquam si ab uxori continentiam voente fuerint absoluti, cap. fin. De temp. ordin. in o. Jan. &c. 4, c. 5, Ext. De con- versi conjug. & que ibi tradant Dicit item literarum ignari, d. cap. fin. Si in laicis, inquit Leo Pontifex, vix tolerabilis videtur infelix, quanto magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia, text. est in can. Si in laicis dist. 38.

§. 22. Quæ & quanta literarum cognitio in ordinandis requiratur, ex Concilio Tridentino.

Non tamen in omnibus ordinandis una ea- demque literarum cognitio exigitur; sed in quibusdam majoris in quibusdam minor, pro ratione Ordinum suscipiendorum, sicut post antiquos canones, ut videtur est dist. 38, per se. explicatè à Concilio Tridentino definitum est; cujus verba, can. alia præterea contineant, hic à nobis re- petenda sunt. Itaque de prima tonsura initiandis ita constituitur: Prima tonsura non initientur, qui Sacramenta Confirmationis non suscepserint, & fidei rudimenta & doctio non fuerint, quique le- gerè & libetè desiderant, & de quibus probabilis coni- stetur non sit, eos non secularis judicis fu- giendi strande, sed ut Deo fidem cultum præ- fluent, hoc virtus genus elegisse, Concil. Tri. sess. 23, cap. 4, de reformat. De aliis Ordinibus ita statuit: Minorates Ordines sint, qui saltem linguam Latinam intellegant, per temporum interstitia (nisi aliud tempore expedire magis videretur) confe- rentur, d. sess. 23, cap. 11 de reform. Et panis interje- citur: Cumque hinc ad altiores gradus & sacraissi- ma mysteria sis ingressus, nemo iis inicietur, quem non scientia spes majoribus Ordinibus dignum ostendat, d. c. 11. Subdiaconi & Diaconi

libb. 3

ordi-

ordinentur, habentes bonum testimonium, & in minoribus ordinibus jam probati ac literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instruti, *ibid. cap. 13.* Qui piè & fideliter in ministeriis antè accessus se gesserint, & ad presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium, & hi sint, qui non modò in Diaconatu ad misericordiam integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministra verint; sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacraenta, diligenter examine praecedenti idonei comprobentur, *ibid. cap. 14.* De Episcopio ita censuit idem Concil. Trident. Ad Cathedrae Ecclesiarum regimur nullus nisi ex legitimo matrimonio patus & ætate maturâ, gravitate morum, literarumque scientiâ, juxta constitutionem Alexandri II. quæ incipit: Cum in concilis, in Concilio Lateranensi promulgaram, text. in c. 7, *Exi. De elect. prædictus assumuntur, Conc. Trid. sess. 7, cap. 1, de reform.*

§. 23. *Causio ad superiora.*

Quare ne temerè quis ad sacros Ordines recipiatur contra præscripta SS. Canonum & Concilii Tridentini, Ordinarii partes erunt, adscitis sibi sacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis divinæ legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter explorare, can. *Quando cum 22, seqq. dist. 24, cap. 14, Ext. De estate & qualit. ord. Concil. Trid. d. sess. 23, cap. 7, de reform.* Nam & ex doctrina D. Pauli nemini manus temerè imponenda est, *i. ad Timoth. 3, junge can. 3, dist. 78.*

## NOTATIO IN TIT. 7.

a Non obstat quod apud antiquos Patres, tum etiam in iure sapientio fiat Diaconiſarum, Presbyterarum & Episcoparum, veluti apud Clementem, Constitut. lib. 3, cap. 13, Epiphanius hæresi 79, l. In generali 13, C. De SS. Eccles. in can. Presbyter, & in can. fin. dist. 32, Conc. Turonense II. can. 13, 14, &c. 20. Quia ha mulieres non ex eo nomen sortiebantur, quod aliquo ordine essent insignita, sed quod uxores essent eorum, qui vel Diaconi, vel Presbyteri, vel Episcopi facti erant, & separatis vitam calibem agebant, d. can. Presbyter. Non mihi olim Presbytera dicebantur viduae seniores, d. can. fin. Item Diaconiſarum olim munus era præesse foribus Ecclesie, quibus ingrediebantur mulieres, de quibus latius Baronius, Annal. tomo I. anno Christi 34, num. 288, cum seq.

b Originarii dicuntur illi, qui natu sunt ex adscripti- tis, hoc est, qui colendo agro perpetuo addicti sunt de qui- bus in 1 Ne. diutius 20, C. De agricultis & cen. Curiales vero qui curia, id est, senatus a scripti sunt, 1 Si quis curiales 12, C. De Episc. & Cler. Cujac. ad tit. C. De decurion. & filiis.

g Notorii dicuntur tribus modis, aut per sententiam, aut per confessionem de jure id est, in iudicio facili, aut per rei evidentiam, qua tergiversatione aliqua celari non potest, c. fin. Ext. De cohabit. Cleric. Martinus Navar. in Manuali cap. 27, num. 248, &c. 25, num. 72, putat ob crimen tunc incurri hanc irregularitatem, quando est notorium & depositione dignum, quibus ad numerat d. num. 248 peccatum Sodomite, ex Extravag. Pii. V. Atque hoc quoad forum exterius. Nam quoad forum interius, id est, conscientia, etiam ex occulto criminis incurritur irregularitus occulta, in qua non minus dispensatio necessaria est; nisi quod hanc Episcopus per dispensationem suam possit tollere: excepta tamen ea, qua oritur ex homicidio voluntario, & excepta alius deducatur ad forum contentio, ex dispositione Concil. Trid. sess. 24, cap. 7, de reformat. Addelatius Navar. d. cap. 27, num. 194.

d Eadem ratio est in mutilatione membra hominis quia ea, quoad irregularitatem, homicidio comparatur, can. His à quibus xxxiiii. quæst. 8, cap. fin. De homicid. in 6, cap. Clericis Ext. Ne clerici vel monachi, cap. unico De homicid. in Clement. Quare ubi Clerici apud Iudicem secularem de malefactoribus suorum querelam instituunt, necessaria est protestatio; quod si licet non intendant ad vindictam, vel penam sanguinis; licet alias de iure penam sanguinis irroganda sit, cap. 2, De homicid. lib. 6, Didac. Covarr. latè explicit ab d. cap. unic. p. 2, select. §. 5. Huius mentio fit in §. & hoc inf. De accusat. Ratio huius irregularitatis hac est, quod visum sit Ecclesia, non posse eum resurrexisse lenitatem & mansuetudinem Christi (qui innocens propter nos sanguinem suum effudit) & morti se tradidit qui occidit vel mulcet hominem, etiam licet. Ita Navar. in Manuali cap. 27, num. 160. ex sententia D. Thomae in 2, 2, quæst. 40. art. 2.

Huic derogatum est per Extravag. Sixti V. editam anno Domini 1587. 6. Kal. Decemb. qua exinceps in tertio gradu consanguinitatis vel affinitatis natu, etiam legitimati, ad regularem habitum & professionem admittitione possunt; nisi tantummodo ad habitum conversorum seu famulorum. Reliqui vero illegitimi, etiam legitimati, non nisi certa formâ ibidem expressi. Eadem Extravag. prohibentur & criminosi, vel suspecti de crimibus, vel alicuius gravatai, vel redienda rationibus obnoxii, in Religionem recipi, sicut latius ibidem videtur. *Extat*

Exeat in Bullario Roma edito, & anno 1586.  
 2 Addi possunt ex Canonibus Apostoli qui ancillam, id est, non liberam vel spoliarium publicum mancipatam duxerunt, ex can. Si quis viduam dist. 14. Verum nisi in nullum vitium bigamus est: nisi velimus per ancillam intelligere, quia & ab alio corrupta est, ex sententia Turrecremata, ibid. Qui autem horum numerantur, si secundum proprietatem nominis Bigami dicuntur, qui secundas contrarerunt nuptias ceteri in propria, & quadam similitudine, Glos. recepta in cap. 1. de Bigam & probat text. in cap. Debitum Ext. cod. Hujus acutem irregularitatis ratio est quod, licet matrimonium contractum cum corrupta verum sit Sacramentum, re-

presentans per munuum consensum conjunctionem Christi & anima justa: non est tamen quod significacionem omnino perfectum Sacramentum, siquidem non significat conjunctionem Christicum unica & immaculata sponsa Ecclesia, can. Acutius dist. 26, & d. cap. Debitum. Unde bigamus, cum patitur defectum quod significacionem in Sacramento matrimonii, prohibetur itidem à Sacramento Ordinis. Deinde pati non debet defectum in Sacramento, qui Sacraenta administratur est. Ita ex Theologo & canonista Did. Covarr. ad cap. Furiosus in 1. p. relect. § 2, num. 3, vers. hujus, De homicid. in Clement.

## DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, ET DE ÆTATE ORDINANDORVM.

### TITULUS VIII.

§. 1. Quibus temporibus sint Ordines conferendi.

**S**ed & certa tempora Ordinibus conferendis à Sacris Canonibus præstitura sunt. Etenim minoribus Ordinisbus uni vel duobus conferendis dies Dominicæ & alii festivi, cap. 3. Ext. De temp. ordinis sacris quatuor tempora & dies Sabbati sancti, & qui Dominicam de Passione antecedit, definiati sunt, nihil impedicare contrariâ consuetudine, cap. 1. cap. 2. o. 3. 8. 18. & 36. Ext. d. tit. add. can. 3. 6. 7. dist. 75. & Concil. Trid. sess. 23. cap. 8. de reform.

§. 2. Plures ordines sacri eodem die uni non sunt conferendi.

Non tamen uno eodem quodie, vel etiam duabus continuato jejuno a dibus Ordines sacros quis admitti debet: in transgressores pena suspensionis constituta est, cap. Literas 12. cap. Dilectus 15. Ext. De temp. ordinis. Concil. Trid. d. sess. 23. cap. 13. in fine.

§. 3. Qua ætate ordines recipiendi.

Nec minus ætatis ratio habetur: qui enim ad primam tonsuram, & ad tres sequentes Ordines

minores admitti desiderat, ipsam infantiam, cap. fin. De temp. ordinati in 6. can. 2. dist. 77. juncto 6. non tamen sup. tit. prox. qui ad Acolyatum, duodecimum ætatis annum necesse est expleverit, d. s. 2. vido ibid. Glos. & Card. à Turrecrem. can. 3. dist. 18. Post hoc tempus omnes Ordines minores recte recipiuntur, sed per temporum interstitia; nisi aliquid Episcopo expedire magis videatur, cap. 3. & ibid. Gl. Ext. De temp. ord. Concil. Trid. d. sess. 23. c. 11. Quod Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum, diversa olim tempora constituta erant, sicut videre est in can. 2. cum seqq. dist. 77. in c. 1. cum seq. dist. 78. in cap. fin. De ætate & qual. in Clem. Verum bodie ex Concilii Tridentini decreto, nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante XXII. ad Diaconatus ante XXIII. ad Presbyteratus ante XXV. ætatis suæ annum promoveri potest, d. sess. 13. cap. 12 de reform. In Episcopo ordinando ætas XXX. annorum exactorum, ut minimum, exiguit, cap. Cum in cunctis 70. in princ. Ext. De elect. juncto Concil. Trid. sess. 7. cap. 1. de reform. }

## DE CLERICO FVRTIVE VEL PER SALTVM PROMOTO.

### TITULUS IX.

§. 1. De promoto furtive.

**V**nde si quis furtivè, id est, clam Episcopo ordinante, ad aliquem Ordinem subrepsierit,

ram ab usu recepti Ordinis, quam ab aliis in posterum recipiendis, submoveatur, donec dispens-